

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Opera**

P. 1-3 nebst Inventarium

**Gerson, Jean**

**[Straßburg], 1488**

Epistola super eodem

[urn:nbn:de:bsz:31-300764](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-300764)

in infernū. verbū est memoriale guilbelmi parisiens. Casus enormes publici et scādaloſi tam ecclesie toti q̄ primis locis et vicinis / possunt vtriq̄ maioribus prelat̄s reseruati / quos casus facile erit cōgnosci per curatos.

Casus reseruati prelat̄s / possunt auđiri per eos aut eorum vicarios et absoluidum tamen penitentes bona fide proponant reliqua confiteri suis habentib⁹ potestatem. immo q̄ libenter omnia cōfiterentur / vni et eidem si simul idem confessor vel velle vel posset absolvere. Tūc enī est vnitas confessōis ex bona fide / q̄uis esse videatur diuersitas in confessoribus et tempore vel actōe Lugduni. 23. mar. cū. i. 4. 2. 2. sub correctōe. Finit.

### Incipit epistola

eiusdem sup moderatōe casuum reseruadōrum in foro penitentię.

**P**ontificali dignitati / suis qualiscunq̄ zelator. clauibus beneyti. Pastoralis autoritas / in casibus reseruadis quo ad forum conscientie / sicut et alia quibet potestas / data est prelat̄s in edificatiōem ecclesie / non in destructiōem. sicut dicit apostolus et in fauorem populi xp̄iani. pro salute non pro questu aut simili cōmodo consequendo. Constat autē certissime per plures expertos in cōfessionibus audiendis tempore isto / q̄ reseruatiō stricta quorundā casuum / presertim in grauioribus et occultis speciebus peccati carnalis / retrahit in numeros a confessiōe talium peccatorū. sicut sunt pueri et puellę / et mulieres verecundissime / et rurales idiote a quibus vix potest extrahi confessiō talium peccatorū quantumcūq̄ confessor sit sollicitus hūilis morosus et discretus. Q̄ si remittatur ad prelatum vel penitentiariū de longinquo vel in publico refugiunt et horrent. Expertumq̄ est millesies / q̄ non vadunt. sed nec ducenti nec trecenti. immo nec mille penitentiarij sufficerent aliquando in vna diocesi ad tales casus plene audiendos / absoluedos q̄. Deniq̄ quid p̄dest et certe obest plurimum / addere verecundiā onera grauiā super onera. et difficultatem cōfiterendi ta-

lia peccata super difficultatem. que tantā est vix credi posset. Et hoc precipue q̄ndo peccatū secretum est. et tale q̄ auctor / perpetue celabit ipsum si velit. vt nec ep̄scopus nec alius / inde punitiōem vel noticiam inueniat. Si diceret. talis si non reuelabit damnabitur. fatemur quidem. sed obuiandū esset huic damnationi modis omnibus potiusq̄ addenda sit occasio. nunq̄d requirit sanguis locus id est damnatio ab illis qui occasionem dederunt precipue prelat̄s maioribus? Sic certe et ipsi satisfaciunt / pro isto vsq̄ ad vltimū quadrantē / euntes in eandem damnatiōem. cum sint prelati ad saluandum gregem domini positi et pascendū nō occidendum aut scandalizandū. Expertum est itaq̄ / q̄ hic terror reseruatiōis / nullos aut paucissimos cohibet sic peccare. in numeros autē sic retrahit confiteri. p̄ter dictas causas et etiā alias. quoniā mulieres precipue tali mō retrahuntur. Prius timentes notari a maritis cum tales confessores adeant. qui cum zelotipi sint statim sinistra cōtra vxores suas sumerent occasionem vnde surgerent iurgia lires discordie et amoris interruptio. et cetera que peiora pcuraret mala. vti nō sepius moriet. Secūdo quia sepius a talibus confessoribus exactionatur in dando pecuniam cerā. aut similia. vel iniungunt penitentię publice. vnde iterum a suis maritis notaretur. vnde quoq̄ incidere picula. Tertio q̄ verecunde nō audent confiteri magno prelatō aut famoso doctōri sicut bñ alijs. saluo illo q̄ sit bonus et idoneus. Et plures causas retrahentes. quis ab experientia colligere potest. Similiter et in viris cause tales aliquantē estimade sunt et similes. precipue si aliquis incidisset casum episcopalem idcirco quia nocuisset episcopo. aut ecclesie sue quomodo iste induceretur ad cōfiteudū episcopo. aut suo cognito vicario. Aut forte quis considerās questū pecuniālē fore apud confessores tales / vt sit cōmuniter vnde scandalizatus se a cōfessionē retrahit. et mille talia que inuēros retrahūt a confessiōe. Et hoc intelligendū de peccatis occultis. Secus est in peccatis publicis quibuscūq̄. Talia sola s̄m quosdā doctores / olim iura condita reseruabant. Ad q̄. Nimirū vt taxaret pena grauis

## De potestate ligandi et soluendi

et publica per superiores talibus. in ex-  
plum et terrore aliorum. Sed in occultis/  
cessat hec ratio. quonia pro talibus nulla  
penitentia iniungenda est qua nolit confi-  
tens recipere. Quonia iuxta memorabi-  
le dictum Guilhelmi parisiensis salubrius  
est confessum cum pauca leuissima peni-  
tentia acceptata relinquere in manu dei  
puniendum in purgatorio: quam cum magna  
non adimplenda detrudere ipsum in infer-  
num. **P**rovideat igitur deinceps soli-  
citus tua pia et pontifical dignitas flo-  
li claudere regnum dei. caue onera graua  
ceruicibus debilibus et casuris alligare.  
Quia obre a talium casuum occultorum re-  
seruatione. qui pro cholor vix veniunt ad  
pessores quoscumque licet celeberrimi sine  
**P**ostremo si non placet casus omnes  
occultos. quia de publicis non loquimur  
relinquere passim cuilibet confessori/ vt  
pro omni etate confitentium. scilicet. saltem hoc  
expedire videtur. primo quod nullus casus  
iudicari esse reseruatius quo ad confiten-  
tes minores. sed qui non compleuerunt de-  
cimū quartum annum. quod non habent p-  
fectum usum rationis. nec facilliter resistunt  
temptationibus suis. vel malicijs alienis  
nec leuiter audent coram personis autenti-  
cis et extraneis comparere. quanto minus  
non audent de tam pudendis confiteri.  
**C**onsulendum est insuper verecundie etiam  
parentum si crebro vel publice vel de longi  
quo ad penitentiarios mitterent. **E**t ex-  
pediat denique facilliter et cito relinquere po-  
testatem super occultis casibus curatis et or-  
dinaris et generaliter omnibus qui bona  
fide voluerint sciuerint proficere anima-  
bus. non ad questum vel subuersionem. im-  
mo tales diligenter inquirendi essent. et  
inducendi et rogandi ad laudem dei et sa-  
lutem populi confessores et predicatores p-  
condescensionem bonitatis. in hoc tempe-  
pestimo. quando nimis expimur heu il-  
lud Benef. Corruptat omnis caro viam  
suam. Hinc horrendum est vbiq; flagitio-  
rum naufragium. in quo saluat arca penite-  
tie. cuius arce introitum/ ideo plus expe-  
dit ampliare quam nimia artitudo sua/ pro-  
hibeat eos qui ad ingrediendum alluci. im-  
mo iuxta parabolam euangelicam quasi co-  
pelli debuerunt. **E**xpediret insuper in  
speciali dum pax vniuersalis habetur  
domino propicio/ quod quilibet de quacumque

obedientia fuerit/ habeat licentiam genera-  
lem et expressam. quod possit absolui ne dum  
iuridice sed sacramentaliter a quocumque di-  
scro sacerdote. super omnibus in omni  
euetu qui peccauit circa materiam hanc co-  
tendentium de papatu dirigat omnia deus  
qui est benedictus in secula. Amen. **F**init.

**I**n exemplari istius  
dialogo titulus non erat inscriptus et ne-  
gligentia. sed vt mihi videtur dialogus  
est discipuli dubitantis et sciscitantis. et  
magistri respondentis et explanans. scilicet. ma-  
gistri Johannis de gerson de potestate li-  
gandi et soluendi. **D**iscipulus.

**I**n **C**hris-  
toderit potestate ligandi et  
soluendi/ principaliter petro  
et simul omnibus apostolis et  
successoribus. **Q**uerit vnde dicatur hec  
potestas? **R** **S**icut cognitio nostra  
rationalis incipit a sensu. sic impositio  
nominum sumpta est a rebus exterioribus  
Dicunt autem aliquis ligatus corporaliter  
quando non potest exercere conuenientes  
operationes in toto vel in parte. vt ligatus  
pedes et manus/ non potest operari ma-  
nualiter nec ambulare. **D**icunt autem solui-  
dum tollitur vincula. et reddi sue liber-  
tati qua possit libere vti membris suis. **T**ra-  
ctum est inde nomen ligationis ad spiri-  
talia. et similiter nomen solutionis vel ab-  
solutionis. vt dicat anima rationalis liga-  
ta/ quando non potest vti libere legitimis  
actibus conuenientibus sue conditio. **S**ic  
dicunt somnus ligare sensuales aut intelle-  
ctuales operationes/ quas vigilia soluit.  
**S**ed magis ad inquisitionem tuam supe-  
rior/ inder ita dicitur per sententiam suam  
iudicalem penale/ ligare subditum/ dum  
tollit ab eo liberam facultatem aliquid si-  
militer exercendi. **A**bsoluit vero dum fa-  
cultatem homini restituit. **P**lacet  
quod protinus ad compendium dicis. **S**ed  
dicunt potestas predicta ligandi et soluendi  
sunt clauis ecclesie. vel clauis de quibus  
dictum est Petro. **E**t tibi dabo clauis re-  
gni celorum. **Q**uamuis differentia  
multiplex assignari possit. accipiuntur ta-  
men aliquando synonyme per doctores iux-  
ta prefatam transumptionem. **N**am sicut